

CARMINVM LIBER IV

fruges et agris rettulit uberes,
 et signa nostro restituit Iovi
 derepta Parthorum superbis
 postibus et vacuum duellis
 Ianum Quirini clausit et ordinem
 rectum evaganti frena licentiae
 iniecit emovitque culpas
 et veteres revocavit artis,
 per quas Latinum nomen et Italae
 crevere vires, famaque et imperi
 porrecta maiestas ad ortus
 solis ab Hesperio cubili.
 custode rerum Caesare non furor
 civilis aut vis exiget otium,
 non ira, quae procudit ensis
 et miseras inimicat urbis.
 non qui profundum Danuvium bibunt
 edicta rumpent Iulia, non Getae,
 non Seres infidive Persae,
 non Tanain prope flumen orti.
 nosque et profestis lucibus et sacris
 inter iocosi munera Liberi
 cum prole matronisque nostris,
 rite deos prius apprecaui,
 virtute functos more patrum dices
 Lydis remixto carmine tibi
 Troiamque et Anchisen et aliae
 progeniem Veneris canemus.

5 10 15 20 25 30

^{a = a]} XV 7 derepta ⁵ : direpta ^{odd.}
¹⁵ ortum ⁸¹ 18 eximet ³⁴, ^{gf} iii. 14, 14 10 et vaganti ^{81(?)phi}
^{23 -que a}

fruges et agris rettulit uberes,
 et signa nostro restituit Iovi
 derepta Parthorum superbis
 postibus et vacuum duellis
 Ianum Quirini clausit et ordinem
 rectum evaganti frena licentiae
 iniecit emovitque culpas
 et veteres revocavit artis,

5 10 15

5

CARMEN SAECVLARE

PHOEBE silvarumque potens Diana,
 lucidum caeli decus, o colendi
 semper et culti, date quae precamur
 tempore sacro,
 quo Sibyllini monuere versus

5 10 15

virginis lectas puerisque castos
 dis, quibus septem placuere colles,
 dicere carmen.
 alme Sol, curru nitido diem qui
 promis et celas aiusque et idem
 nasceris, possis nihil urbe Roma
 visere maius.

rite maturos aperte partus
 lenis, Ilihyia, tuere matres,
 sive tu Lucina probas vocari

20 25 30

seu Genitalis :

diva, producas subolem, patrumque
 prosperes decreta super iugandis
 feminis proliisque novae feraci
 lege marita,

certus undenos decies per annos
 orbis ut cantus referatque ludos
 ter die claro totiensque grata
 nocte frequentis.

20 25

^{a = aBCM} 5 quo ^{rep}: quod ^a: quos ^{διφλης Αερ.} 6 lactas ⁸¹
¹⁴ ilethyia ^{aBC} ¹⁵ Genetyllis ^{Bentley}: ^{gf} Aristoph. ^{Nub.} 52,
^{Thesm.} 130 ar certe (sscr. o) sunt denos ^B ²³ totiensque
^{πατέρων corr.}: potiusque ^B: totidemque ^{BC}

Q. HORATI FLACCI

vosque veraces cecimisse, Parcae,
 quod semel dictum est stabilisque rerum
 terminus servet, bona iam peractis
 jungit fata.
 fertiliis frugum pecorisque tellus
 spiccia donet Cererem corona;
 nutriant fetus et aquate salubres
 et Iovis aurae.
 condito mittis placidusque telo
 supplices audi pueros, Apollo;
 siderum regina bicornis, audi,
 Luna, pueras:
 Roma si vestrum est opus, Ilaeque
 litius Etruscum tenere turmae,
 iussa pars mutare Lares et urbem
 sospite cursu,
 cui per ardenteum sine fraude Troiam
 castus Aeneas patriae superstes
 liberum munivit iter, datus
 plura relictis:
 di, probos mores docili inventae,
 di, senectuti placidae quietem,
 Romulae genti date remque prolemque
 et decus omne.
 quaque vos bubus veneratur albis
 clarus Anchisae Venerisque sanguis,
 impetrat, bellante prior, iacentem
 lenis in hostem.
 iam mari terraque manus potentis
 Medus Albanasque timet securis,
 iam Scythae responsa Petunt superbi
 nuper et Indi.

^{a = aBCM} 26 est ^{aB3}: om. BC¹
 BC⁴⁶ senectuis Mor^r 27 servat ⁵ 39 urbes
 petret ^{Nar}: imperet ^{δηψ} C bobus ^{aB3} 51 im-

CARMEN SAECVLARE

iam Fides et Pax et Honos Pudor que
 priscus et neglecta redire Virtus
 audet, apparatque beata, pleno
 Copia cornu.
 augur et fulgente decorus arcu
 Phoebus acceptusque novem Camenis,
 qui salutari levat arte fessos
 corporis artus,
 si Palatinas videt aequus aras,
 remque Romanam Latumque felix
 alterum in lustrum meliusque semper
 protogat aevum.
 quasque Aventinum tenet Algidumque,
 quindecim Diana preces virorum
 curat et votis puerorum amicas
 applicat auris.
 haec Iovem sentire deosque cunctos
 spern bonam certamque domum reporto,
 doctus et Phoebi chorus et Diana
 dicere laudes.

^{a = aBCM} 55 aras ^VME^{3r} et pro var. let. ^a: arcus ^{aCtph}
 prorogat ^{NBC}; prorogat ^{BaM} ^{Porph.}

25
 30
 35
 40
 45
 50
 55
 60
 65
 70
 75
 80
 85